fy se ro

quem significantius graeci · ΦΥCΗΤΗΡΑ · appellant. consumtum e
plumbum · frustra conflauit conflator · siue argentarius · malitiae
enim eorum non sunt consumtae. Argentum reprobum uocate eos.
quia dn̄s proiecit illos. Datur propheta populo incredulo probator
robustus · quod ebraice dicitur mabsar. quod uel munitum iuxta
aquilam uel clausum · atque circumdatum iuxta symmachum · &
lxx sonat instar urbis firmissimae. nullas populi pertimescat
insidias. ut cum probauerit ac & scierit uiam populi delinquentis.
Tunc intellegas argentum aere commixtum · nulla posse ratione
purgari. quomodo enim plumbum miscetur metallis · quae adul
tera sunt atque uiolata · ut materia separetur aliena · & si forsitan
purgata non fuerit · plumbum omne consumitur & in nihilum
redigitur. ita omne eloquium doctrinarum & sermo prophe
ticus perit · in his qui audire contemnunt. dicamus & superbis
quia sicut aspide surde obdurant aures suas · ne audiant uoces
incantantium. frustra enim conflauit argentarius siue con
flator · malitiae enim eorum non sunt consumtae; Unde ne
quaquam argentum · sed argentum reprobum sunt uocati ·
quia dn̄s abiecit eos. principes autem sunt a dn̄o recedentes
siue inobedientes · qui peruerse ambulant & fraudulenter;
Verbum quod factum est ad hieremiam · a dn̄o dicens.
Sta in porta domus dn̄i & praedica · uel lege ibi uerbum
istud & dic. Audite uerbum dn̄i omnis iuda · qui ingre
dimini p portas has ut adoreat dn̄m; hoc in editione lxx.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0078